



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 80. Urbs direptioni relicta, ferro, flammaque devasta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. LXXX.

Sæcul. XV.
A.C. 1470.*Urbs direptioni relicta, ferro flam-
maque devastata.*

Sultanus captam urbem militum suorum
furori relinquit, ut cædem ulciscere-
tur Turcarum quadraginta circiter mil-
lium in ea obsidione occisorum. Pau-
lus Erizius Venetus e munitiori loco,
quo confugerat, Mahometis fide egressus,
crudelissimo mortis genere medius disse-
cabatur; Filia vero ejus, Virgo formæ
dignitate, morum modestia, ac corporis
& animi castimonia longe præstantissima,
eoquod nefandis inhumani Mahometis
amoribus cedere nollet, protinus jugula-
ta est. Post hæc Mahometes validissi-
mum ad Chalcedem præsidium reliquit,
ac cum reliquis copiis Constantinopolim
rediit. Venetæ classis Præfectus in
patriam reversus, jubente Petro Moceni-
go, qui eidem in imperio successit, in
vincula conjectus, perpetuo exilio mul-
ctatus est.

Chalcond.
hist. Turc. l. 9.
Phranz. loc.
supr. cit.
Sabellic. in
Ann. ead. 6.
in fin. 3. dec. 8

§. LXXXI.

*Impietas Adolphi in Patrem suum
Geldriæ Ducem.*

Erat Arnaldo Geldriæ Duci Filius uni-
cus Adolphus nomine, qui diuturnum
patris

Commin. 4.
c. 1.

patris